Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



per assumptionem corporis. et filius unicornium. quia ex stirpe eorum secundum carnem fuit, Iudaei unicornes dicuntur. pro uncle quam habuerunt,

Cerui praedicatores significant. quos praeparauit. quando illis spm scm dedit. ac illos predicare misit, Reuelauit condensa. id est obscura diuinarum scripturarum per spm scm illis pate fecit, pro quare in ecclesia eius omnes illi referunt gloriam,

Dns uirtutem. id est fidei populo xpiano dabit, et benedicet hic & in futuro quando dicturus erit. Uenite benedicti patris mei, In pace in semetipso. quia ipse est pax uera,

tamquam uitulus libani. & dilectus quem ammodum filius unicornium,

Uox dni inter cidentis flammam ignis. uox dni concutientis deserti. & commouebit dns deserti cades,

Uox dni praeparantis ceruos. & reuelabit condensa. & in templo eius omnis dicet gloriam,

Dns diluuium inhabitare facit. & sedebit dns rex in aeternum,

Dns uirtutem populo suo dabit. dns benedicet populo suo in pace,

PSALMUS CANTICI DEDICATIONIS DOMUS DAVID, Uox xpi ad patrem gratias agentis post eius gloriosissimam resurrectionem,

Uox dni inter cidentis. id est auxilium illius inter persecutores quos suis scis subuenit, flammam dicit libidines. quas per confessionem facit cessare, Concutit desertum uox dni. id est praedicatio animam quae deserta fuerit, Commouebit. quia anima quae uitiis occupata est deserta dicitur. illis excussis habitabilis do fit, Desertum appellati sunt qui nec dum fidei donum perceperunt. quos commouebit dns dum si delituerit ad fidem, Cades interpretatur commotio uineae,

Dns diluuium inhabitare facit. spm scm hic significat. qui diluuium per baptismum inhabitat, & sedebit dns in scis. qui sedes eius dicuntur in aeternum. id est in saeculum seti,

Domus significat templum domini corporis. dedicatio uero resurrectionem eiusdem dni xpi, Tunc dedicauit cum amortuis resurrexit, domus autem da